Incipit ordo de festiuitatibus sanctor(um) sc(un)d(u)m rubricam et more(m) eccl(es)ie Frisingen(sis). In vigilia sancti Andree. laudes et reliq(ue) hore ferial(es). Coll(ecta) d(omi)nicalis. sola missa de vigilia eodem die addatur Col. de martiribus.



Beatorum martirum tuorum d(omi)ne Saturnini: Crisanti: Mauri et Darie virginis assit nobis oro: ut quos veneramur obsequio pio iugit(er) experiamur auxilio. P. Nota si festu(m) sancti Andree in dominicam venerit omnia de aduentu in dominica habentur: et de festo in feriam sc(un)d(u)m transferendum est. Ad v(espera)s sup(er) psalmos an(tiphona).

Andreas christi famulus dignus deo apostolus: germanus Petri et i(n) passione socius. Psalmus. laudate pueri. cum reliquis. Capitulu(m).

Benedictio domini sup(er) caput iusti: ideo dedit ei hereditatem: et diuisit illi partem in tribubus duodecim et inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. R. Homo dei ducebatur ut crucifigerent eum populus autem clamabat voce magna dicens.

Incipit commune sctorum de aplis. Ad vs aña.



n pacientia vra possidebitis animas vestras. ps. Laudate pueri dnm. ps Laudate dnm omnes gentes. ps. Lauda anima mea dnm. ps. Laudate dnm qm bonus. ps. Lauda ihrlm dm. Cap.

Benedictio domini sup caput iusti ideo dedit illi hereditatem et divisit ei partem in tribubus duodecim et invenit gram in conspectu omnis carnis. Caplm.

Beatus vir qui inventus est sine macula et qui post aurum non abiit nec speravit in thesauris pecunie. De pluribus.

Iam non estis hospites et advene; sed estis cives sanctorum et domestici dei superedificati supra fundamentum aplorum et prophetarum ipso summo angulari lapide christo ihesu. Caplm. R. Fuerunt sine querela ante dnm et ab invicem non sunt separati. Calicem dni biberunt et amici dei facti sunt. V. Tradiderunt corpora sua propter deum ad supplicia ideo coronantur et accipiunt palmam. Calicem. Gloria. Calicem. Hymnus.